

DOGMATICS I-I Latin Quotations
First Semester Course
Prolegomena to Family
Notes p. 1-288

Some Books

- PA2823 .S36 1976 *Latin Grammar: grammar, vocabularies, and exercises in preparation for the reading of the missal and breviary* by Cora Carroll Scanlon and Charles L. Scanlon ; edited by Newton Thompson.
PA2823 .S37 1976 *Second Latin* by Cora Carroll Scanlon and Charles L. Scanlon.
- PA2823 .N8 1951 *An Introduction to Ecclesiastical Latin*, by Nunn, H. P. V. (Henry Preston Vaughan)
- PA2306 .B413 1994. *A Handbook of Christian Latin: Style, Morphology, and Syntax*, by Albert Blaise.
- BR95 .M86 1985 *Dictionary of Latin and Greek Theological Terms: drawn principally from Protestant scholastic theology* by Richard A. Muller.
- B765 .T54 D38 1948 *A Lexicon of St. Thomas Aquina:s based on the Summa Theologica and selected passages of his other works*, by Roy J.Deferrari and Sister M. Inviolata Barry, with the technical collaboration of Ignatius McGuinness.

Preparing In general you will receive both the Latin and English text. First try reading a portion of the Latin text to see what you can understand. Then translate the Latin with the help of the English. Then read the Latin again. It might help to mark subjects, objects and main verbs and to join words in phrases with hyphens.

Dogmatic Latin is vernacular medieval Latin not classical Latin.

Chief differences in medieval Latin from classical:

- 1) more abstract and Greek words, compounds and diminutives.
- 2) More dependence on prepositions, less on cases.
- 3) Fewer long sentences. (The dogmaticians heard of this rule, they just did not believe it.)
- 4) Less use of A. c. I.; more *quod, quia, quoniam*.
- 5) Infinitives of purpose and result.
- 6) Shifting use of subjunctive, both more and less.
- 7) Periphrastic verb forms.
- 8) Lots of cognates with theological English.
- 9) Flexible spelling.

Pronunciation:

Prae and coelum—vowel as in fate.

Certus and cibus—c as ch before i and e.

Gens and agit—g as in gentle before i and e.

Agnus and ignis—gn as canyon.

Miser—s as s never z.

Scio and ascendere—sc=sh before i and e.

Th=t. ti=tsi, gratia.

Quotations from various dogmaticians and church fathers are from the dogmatics notes. The endnote numbers correspond to the numbers in the earlier LOGOS version of the notes. They are non-consecutive since some quotations have been omitted. Quotations from the Triglotta are endnoted with lower case Roman numerals. Quotations from the Vulgate are endnoted with letters. All three types of notes are integrated into one collection of consecutive endnotes. When one is working on-screen with the file Dog Latin Course I.doc, the English translation will pop up in a window when the cursor is placed on the endnote number. The computer file can be reformatted to show footnotes.

Week 1

Prolegomena

Calov: Finis theologiae absolute ultimus est gloria Dei, secundum quid ultimus salus hominum. Medius est tum internus, hominis perductio ad fidem et salutem, tum externus, fides salvifica.¹

Quenstedt: Sumitur denique vox theologiae vel οὐσιωδῶς essentialiter, absolute et habitualiter pro notitia, quae in mente habetur et animo hominis inhaeret, sive quatenus est habitus animi; vel συμβεβηκότως accidentaliter, relate, systematice, quatenus est doctrina vel disciplina, quae docetur et discitur, aut libris continetur. Illa vocis acceptio est primaria, haec secundaria. Theologia enim πρῶτως, vel principaliter dicitur habitus theologicus, δευτέρως vero ac minus principaliter doctrina, oratio, vel etiam liber et systema, theologiam exhibens.²

Calov: Genus theologiae remotum est habitus (He 5:14). Propinquum est habitus practicus (Jn 5:34; Ro 15:4; 2 Tm 3:15), quia finis theologorum et theologiae non est nuda cognitio, sed praxis, perductio scilicet hominum ad salutem (2 Tm 3:16,17; 1 Tm 4:16). Non ergo vel habitus theoreticus est, in sola contemplatione acquiescens, nedum et theoreticus et practicus simul, quod est, cum impossibile sit, differentias oppositas contradictorie, vel saltem habentes contradictionem necessario annexam, in una eademque specie concurrere; et quidquid in theologia tractatur, non alia ratione ibi proponatur, quam ut ad praxin dirigatur, neque ei fini divinitus quicquam revelatum sit, ut in sola cognitione ultimo subsistatur, sed ut ad praxin ordinetur, ad beatam nempe Dei fruitionem. Theologia est habitus practicus, probatur a munere et officio theologorum (Is 61:1,2; Lk 1:16,17; Ac 26:17,18), a fine theologiae practico (Jn 20:31; 2 Tm 3:15,16), a mediis; quaecunque disciplina tradit media practica, quibus homo ad aeternam salutem

deduci debet, quae unice occupatur, ut illa media obtineantur, illa mere est practica.³

Augustine: Fecisti nos, Domine, ad te, et inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.⁷

Week Two Sources of Doctrine

Preface to Book of Concord : ¹ Credimus, confitemur et docemus unicam regulam et normam, secundum quam omnia dogmata omnesque doctores aestimari et iudicari oporteat, nullam omnino aliam esse quam prophetica et apostolica scripta cum Veteris tum Novi Testamenti, sicut scriptum est Ps. 119, 105: Lucerna pedibus meis Verbum tuum et lumen semitis meis . Et divus Paulus inquit Gal. 1, 8: Etiamsi angelus de coelo aliud praedicet evangelium, anathema sit.

² Reliqua vero sive patrum sive neotericorum scripta, quocumque veniant nomine, sacris litteris nequaquam sunt aequiparanda, sed universa illis ita subiicienda sunt, ut alia ratione non recipiantur nisi testium loco, qui doceant, quod etiam post apostolorum tempora et in quibus partibus orbis doctrina illa prophetarum et apostolorum sincerior conservata sit.

⁷ Hoc modo luculentum discrimen inter sacras Veteris et Novi Testamenti litteras et omnia aliorum scripta retinetur, et sola Sacra Scriptura iudex, norma et regula agnoscitur, ad quam ceu ad Lydium lapidem omnia dogmata exigenda sunt et iudicanda, an pia an impia, an vera an vero falsa sint.

⁸ Cetera autem Symbola et alia scripta, quorum paulo ante mentionem fecimus, non obtinent auctoritatem iudicis; haec enim dignitas solis sacris litteris debetur; sed duntaxat pro religione nostra testimonium dicunt eamque explicant ac ostendunt, quomodo singulis temporibus sacrae litterae in articulis controversis in ecclesia Dei a doctoribus, qui tum vixerunt, intellectae et explicatae fuerint, et quibus rationibus dogmata cum Sacra Scriptura pugnantia reiecta et condemnata sint.¹

Augustine: In his, quae aperte posita sunt in scriptura, inveniuntur illa omnia, quae continent fidem moresque vivendi, spem scilicet et charitatem.—Si quis sive de Christo, sive de ejus ecclesia, sive de quacunque alia re, quae pertinet ad fidem vitamque nostram, non dicam, si nos, sed quod Paulus (Ga 1:8–9) adjecit, si angelus de coelo vobis annuntiaverit, praeterquam quod in scripturis legalibus et evangelicis acceptistis, anathema sit.—Auferantur de medio chartae nostrae, procedat in medium codex Dei.¹⁰

Augustine: In ecclesia non valet: “Hoc ego dico; hoc tu dicis, hoc ille dicit;” sed, “Haec dicit Dominus.”¹¹

Athanasius: Sufficiunt sanctae ac divinitus inspiratae scripturae ad omnem instructionem veritatis.¹²

Boniface VIII, Unam Sanctam: Porro subesse Romano pontifici omni humanae creaturae declaramus, dicimus, definimus, et pronunciamus, omnino esse de necessitate salutis.¹⁴

Vat I, Sess. IV, 4, Docemus et divinitus revelatum dogma esse definimus: Romanum Pontificem, cum ex Cathedra loquitur, i.e. cum omnium Christianorum pastoris et doctoris munere fungens pro suprema sua apostolica auctoritate doctrinam de fide vel moribus ab universa Ecclesia tenendam definit, per assistentiam divinam ipsi in beato Petro promissam ea infallibilitate pollere, qua divinus Redemptor Ecclesiam suam in definienda doctrina de fide vel moribus instructam esse voluit.¹⁵

Trid., Sess. IV: Synodus ... omnes libros tam Veteris quam Novi Testamenti ... nec non traditiones ipsas, tum ad fidem tum ad mores pertinentes, tamquam vel ore tenus a Christo vel a Spiritu Sancto dictatas, et continua successione in Ecclesia Catholica conservatas, pari pietatis affectu ac reverentia suscipit et veneratur.¹⁶

Walch: Quid de modo subscribendi cum restrictione sit statuendum ... porro ex eo videndum est, quod eiusmodi admissa formula nihil obstat, quo minus quis Alcorano, Catechismo Racoviensi possit subscribere. 1) Subscriptio cum restrictione (quatenus) indoli huius iusiurandi plane repugnat. Qui iurat cum restrictione, re ipsa haud praestat iusiurandum religionis, nihil promittit de doctrina, quatenus ad libros symbolicos spectat. 2) Adversatur subscriptio cum restrictione ... fini iusiurandi, ex parte cum magistratus, qui id postulat, tum illius, qui eius religione est obstringendus.... Qui ita cum conditione iuravit, licentiam sibi tribuere potest, doctrinam in symbolis propositam, uti libet, sine metu deserendi.¹⁷

Week Three

Revelation of God

Natural Knowledge of God

Quenstedt: Notitia Dei naturalis est duplex: una ἐμφυτος sive naturae et mentibus hominum in ipso ortu suo impressa, insita et implantata, qua homo ex principiis secum natis, tanquam imaginis divinae rudibus quibusdam et reliquiis sine discursu et mentis operatione Deum cognoscit; altera ἐπίκτητος dicitur, seu acquisita, quia ex insitis naturae principiis per ratiocinationem et accuratam creaturarum contemplationem acquiritur.²²

Calov: Naturalis Dei notitia est partim insita, partim acquisita. Illa, qua homo per naturam Deum cognoscit, vi reliquiarum habitus sapientiae in prima creatione menti hominis implantatae. Haec, quae consideratione rerum creaturarum ac universali gubernatione mundi discursus beneficio colligitur, Deum creatorem, conservatorem ac moderatorem esse rerum creaturarum.²³

Chemnitz: Vere loquendo; aut nulla aut imperfecta, aut languida est (sc. notitia Dei nat.). Nulla, quia de gratuita promissione remissionis peccatorum nihil novit tota philosophia.... Imperfecta, quia gentes aliquam tantum particulam legis noverunt, de interioribus vero cultibus primae tabulae nihil certi vel novit vel statuit ratio.... Languida, quia, etiamsi impressum est humanis mentibus esse Deum et praecipere obedientiam

iuxta discrimen honestorum et turpium, tamen assensio non tantum languida est, sed horrendis dubitationibus saepe excutitur.²⁴

Quenstedt: Indicat enim apostolus, quid per accidens ad notitias istas ob hominum abusum et neglectum consequutum sit, sc. ut sint inexcusabiles, vultque omnes gentes convincere, quod Deum non glorificarint ut Deum etsi τὸ γινῶστων τοῦ θεοῦ manifestum in illis fuerit. ... Licet enim notitiae illae naturales non sint sufficientes ad perfectam Dei cognitionem, neque per se sint efficaces ad conversionem, sunt tamen sufficientes ad convincendam hominum impietatem, quod sc. ne id quidem, quod notitiae illae dictitabant, fecerint, sed potius illis abusi fuerint.²⁵

Hollaz: Possunt dari athei speculative tales, non per naturam, sed per iustam Dei desertionem et diaboli excaecationem; non per totalem eradicationem luminis naturae quoad habitum, sed per suffocationem quoad actum et exercitium; non per totum vitae spatium et permanenter, sed tantum per quendam paroxysmum transeuntem ad aliquod tempus. Neque enim lex naturae patitur, ut rata et firma sententia alicui inhaereat: non esse Deum. Quamquam enim mens hominis impii lethargo quasi sopiatur, ut de Deo non cogitet, nullus tamen potest dari, in quo tandem conscientia se non vindicet et vel in ipsa morte neglecti Dei ipsum accuset.²⁶

Clement of Alexandria: Multae sunt viae ad salutem.²⁸

Maldonatus: Gentiles poterant servata lege naturae omnium confessione salvi esse, absque scripta lege.²⁹

Bellarmino: Adde, quod Patres docent, gentiles, etsi vulgo plures deos colerent, tamen unum Deum naturaliter cognoscere potuisse, sicut reipsa philosophi unum Deum recognoverunt, et ea ex parte quasi naturaliter Christiani fuerunt.³⁰

Baier: Equidem inter Christianos supponi magis, quam probari debere (sc. esse Deum), videri potest; quia tamen non solum cum atheis, verum etiam alias ob corruptionem naturae cum dubitationibus mentium nostrarum decertandum est, ideo non sunt negligenda, quae existentiam Dei probant.³²

Gerhard: Videri alicui poterat, quaestionem illam in ecclesia esse otiosam, cum omnibus notum et concessum sit, esse Deum, nec ulla gens tam barbara sit, quae Deum esse eundemque colendum esse, neget, licet, quomodo colendus sit, ignoret.... Sed nihilominus statuendum sive quod sit Deus, probandum esse: 1) ad eorum, qui Deum esse negant, confutationem ... 2) ad fidei nostrae confirmationem ... At haec fides ex verbo Dei haurienda, et ejusdem meditatione confirmanda. In gravibus et seriis tentationibus, inquit Chemnitius, omnes sumus vel Epicuræi, vel Stoici; confirmandus igitur animus consideratione dicatorum, quae testantur esse Deum, et providam rerum humanarum curam eundem gerere: 3) ad naturalis notitiae perfectionem.³³

Apology, IV, 22-28] Nos autem de iustitia rationis sic sentimus, quod Deus requirat eam, et quod propter mandatum Dei necessario sint facienda honesta opera, quae

Decalogus praecipit, iuxta illud Gal. 3, 24: Lex est paedagogus; item 1 Tim. 1, 9: Lex est iniustus posita . Vult enim Deus coerceri carnales illa civili disciplina, et ad hanc conservandam dedit leges, litteras, doctrinam, magistratus, poenas. Et potest hanc iustitiam utcunque ratio suis viribus efficere, quamquam saepe vincitur imbecillitate naturali et impellente diabolo ad manifesta flagitia. Quamquam autem huic iustitiae rationis libenter tribuimus suas laudes; nullum enim maius bonum habet haec natura corrupta, et recte inquit Aristoteles: Neque hesperum neque luciferum formosiorum esse iustitia [Aristoteles, Ethicorum ad Nicomachum, lib. V. c. 3:], ac Deus etiam ornat eam corporalibus praemiis: tamen non debet cum contumelia Christi laudari. Falsum est enim, quod per opera nostra mereamur remissionem peccatorum. Falsum est et hoc, quod homines reputentur esse iusti coram Deo propter iustitiam rationis. Falsum est et hoc, quod ratio propriis viribus possit Deum supra omnia diligere et legem Dei facere, videlicet vere timere Deum, vere statuere, quod Deus exaudiat, velle obedire Deo in morte et aliis ordinationibus Dei, non concupiscere aliena etc., etsi civilia opera efficere ratio potest. Falsum est et hoc et contumeliosum in Christum, quod non peccent homines facientes praecepta Dei sine gratia. ⁱⁱ

God's Essence And Attributes

Week Four Essence and Attributes in General

Gerhard: Deus est ipsum esse subsistens, omnibus modis indeterminatum. Deus est mera et simplicissima essentia. In Deo idem est esse et velle et intelligere. ³⁵

Calov: Deus non per esse simpliciter, sed per τὸ esse summe actuale distinguitur ab aliis. ³⁶

Quenstedt: Est Deus a se ipso, non positive, per positivum influxum, quasi se ipsum produxerit a nonesse ad esse; sed negative, per negationem influxus ab alio, quod scilicet non sit ab alio ente productus. ³⁷

Hollaz : Essentia et perfectiones Dei nullos habent terminos. ³⁹

Quenstedt: Infinitus est Deus non ratione quantitativae extensionis, cum omnis quantitatis expers sit, sed ratione essentiae ac perfectionis, Ps 145:3. Magnitudinis ejus non est finis. ⁴⁰

Gerhard: Per infinitatem intelligitur ... quod Deus nec tempore, nec loco, nec ulla re alia finiri possit, sed sua natura et essentia, actu, simpliciter, per se et absolute sit infinitus. ⁴¹

Gerhard: Est autem Deus summe unus: ut enim aliquid sit maxime unum, oportet ut sit maxime ens et maxime indivisum. Deus autem est ipsum Esse subsistens omnibus modis indeterminatum: item nec actu nec potentia dividi potest. Ergo Deus est summe et

maxime unus.⁴²

Quenstedt: Unitas Dei est, qua ipse essentia indivisus non tantum, sed et ἀπλῶς et absolute indivisibilis est ac incommunicabilis per quandam sui multiplicationem ... quae omnem omnino divisibilitatem aut communicabilitatem essentiae divinae ad plura ejusdem rationis individua excludit.⁴³

Gerhard: Essentia divina est simplicissima, expers omnis compositionis, admixtionis ac divisionis, adeoque omnium accidentium.⁴⁴

Calov: Ex unitate divina redundat simplicitas Dei, qua Deus omnis compositionis realis expers est.⁴⁵

Scotus Erigena: 1. Natura creatrix non creata (God);-2. Natura creatrix creata (ideas);-3. Natura creata non creans (Matter);-4. Natura nec creata nec creans (God as the final aim).⁴⁶

Servetus: Deum in lapide lapidem, in trunco truncum esse, et sic in aliis.⁴⁷

Quenstedt: Attributa divina non notant aliquid essentiae divinae superadditum, sed sunt tantum inadaequati conceptus essentiae infinite perfectae. Est essentia divina instar incomprehensibilis infinitarum perfectionum omnium oceani, ad quem uno simplicique conceptu exhauriendum non sufficit intellectus humanus, ideoque conceptibus variis sorbillatim quasi haurit aliquid ex illa infinitate.⁴⁸

Augustine: sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine indigentia creatorem, sine situ praesentem, ... sine loco ubique totum ...;—Deus est essentia invisibilis, omni creaturae incomprehensibilis ... omnem creaturam instar puncti in se continens;—Deus est substantia creatrix, sine labore regens, et sine onere continens mundum.⁴⁹

Occam: Omnem distinctionem esse solum in nominibus.⁵¹

Quenstedt: Si attributa ratione tantum inter se differunt, voces illae, sapiens, justus, misericors, cum de Deo efferuntur, synonymae erunt, sicut apud nos gladius et ensis, sed hoc absurdum. Ergo sola ratione non differunt. Non est par ratio; gladius et ensis distinguuntur ratione ratiocinante, attributa divina ratione ratiocinata, quae habet fundamentum in re.⁵²

Hollaz: Attributa divina ab essentia divina et a se invicem distinguuntur non nominaliter, neque realiter, sed formaliter, secundum nostrum concipiendi modum, non sine certo distinctionis fundamento.⁵³

Quenstedt: Attributa divina sunt ipsa Dei essentia, per plures inadaequatos conceptus nobis repraesentata. Sic Infinitas Dei est ipsa essentia divina, apprehensa ut carens omni termino et finitione. Omnipotentia est ipsa essentia Dei ut carens omni obstaculo in agendo. Ibid. Distinguendum inter conceptum objectivum, qui est ipsum objectum

conceptum, et inter conceptum formalem, qui est qualitas ab intellectu nostro facta, repraesentans rem cognitam per modum ideae vel imaginis impressae. Ibid: Attributa Dei essentialia neque ab essentia divina neque inter se realiter aut ex natura rei, ut res plane diversae, aut unius ejusdemque simplicis rei duae pluresve quidditates, aut diversi modi, sed ratione tantum distinguuntur.⁵⁴

Gerhard: Attributa divina in se ac per se considerata sunt realiter et simplicissime unum cum divina essentia.⁵⁵

Quenstedt: Differt itaque immensitas ab omnipraesentia; illa est attributum absolutum, haec respectivum ... cum non solum essentiae divinae propinquitatem, sive adessentiam Dei ad creaturas, sed etiam operationem quandam seu operosum dominium importet; illa aeterna est, haec nequaquam, sed cum creaturis coepit.⁵⁹

Quenstedt: Attributorum duo sunt genera: quaedam essentiam divinam describunt absolute et in se citra respectum ad operationem, dicunturque immanentia, ἀνεέργητα seu quiescentia, quae scil. non sunt ordinata ad aliquos actus, ut immensitas, aeternitas, spiritualitas etc. Quaedam essentiam divinam describunt respective, ratione ἐνεργείας, dicunturque ἐνεργητικά seu operativa et ad extra se exserentia, sive quae ad certas operationes directa esse cognoscuntur, ut sunt potentia, scientia, iustitia, misericordia.⁶⁰

Individual Attributes

Week Five

Immutability Eternity Goodness

Quenstedt: *Immutabilitas* est perpetua essentiae divinae et omnium eius perfectionum identitas, negans omnem omnino motum, cum physicum tum ethicum.⁶¹

Baier: Immutabilitas in eo consistit, quod Deus nulli mutationi neque secundum esse (qua ratione Deus est immortalis et incorruptibilis) neque secundum accidentia, nec secundum locum, nec secundum voluntatem aut propositum est obnoxious.⁶²

Gerhard: Mutat enim facta sua immutabili manente ipsius voluntate.⁶³

Baier: *Aeternitas* Dei, absolute sic dicta (non enim accipitur pro tempore diuturno) significat existentiam seu durationem Dei permanentem sine principio et fine, omnique successione aut vicissitudine.⁶⁴

Quenstedt: ut praesens sive τὸ νῦν non sit proprie tempus, sed initium futuri et finis praeteriti, quibus omnibus coexistit aeternitas. perpetuum νῦν idque fixum non fluxum.⁶⁵

Gerhard: Deus cum sit *summum bonum*, ideo amat se ipsum ut summum bonum. In homine amor sui ipsius est vitiosus et damnabilis, quia homo non est summum bonum, sed in Deo debet quaerere summum bonum, eique unice adhaerere. Deus autem se ipsum amat, non tamen ut est ipse, sed ut est summum bonum, si enim aliud esset majus et

praestantius bonum, tum illud, non se deligeret, sicut “Theologia Germanica” hac de re late disserit.⁶⁶

Gerhard: Pater in divinis diligit filium ut substantialem suam imaginem (Mt 3:17; 17:5; Jn 3:35; 5:20; 17:24). Filius diligit patrem, utpote ex cujus corde ante saecula natus (Jn 14:31). Spiritus sanctus est substantialis patris et filii amor, qui procedit ab utroque.⁶⁷

Calov: *Bonitas* Dei est, qua Deus essentialiter bonus, immo summum bonum est.⁶⁸

Gerhard: Quod nihil illi desit, quod nulla alia re extra se opus habeat, quod nec consilio, nec auxilio, nec sapientia, nec potentia in agendo indigeat, nec in essendo, nec in operando ab alio dependeat.⁶⁹

Gerhard: Deus non solum in se bonus est, sed etiam bonitatem suam extra se diffundit et communicat, quae respectu hujus communicationis dicitur benignitas.⁷⁰

Cotta: Quando de bonitate Dei sermo est, distingui debet bonitas ejus essentialis ac metaphysica a morali, quam vocant. Per bonitatem essentialem Dei intelligitur ipsa ejus perfectio, quatenus scil. in Deo ea omnia, quae enti perfectissimo conveniunt, deprehendere licet, Lk 18:19. Per bonitatem vero moralem denotatur studium seu inclinatio supremi numinis creaturis bona quaevis conferendi ... atque hanc bonitatem, quae respectum habet ad miseriam in creaturis, appellare alias solemus misericordiam Dei.⁷¹

Calov speaks correctly of: bonitas, qua Deus essentialiter bonus immo summum bonum est and that it affinis est sanctitas, qua essentialiter sanctus immo ipsa sanctitas est.⁷²

Calov: Ex perfectione divina consequitur majestas, quia ita perfectus est, ut vere magnus sit Deus.⁷³

Calov: Consequitur et beatitudo, qua beatissimus est, immo ipsa beatitudo Ps 73:25; 1 Tm 1:11; cf. 6:15.⁷⁴

Gerhard: Quando ergo Deus dicitur beatus, intelligitur 1. quod bonis omnibus adfluat; 2. quod sit ab omnibus malis liber; 3. quod sit immutabiliter beatus; 4. quod essentialiter ac sua natura beatus sit, immo ipsa beatitudo (if blessedness were an accident, it could not be lost); 5. quod a se ipso et per se ipsum beatus sit, non autem participatam ab alio beatitudinem habeat; 6. quod Deus suam perfectionem ac beatitudinem per intellectum plene cognoscat et per voluntatem amet, inque ea quiete et pacate acquiescat, ex qua acquiescentia oritur gaudium, quo Deus se ipso tanquam summo bono ex operibus suis omnibus valde bonis delectatur, supra quam dici nulla potest vel cogitari; 7. quod sit sibi sufficiens, nullum externum bonum adeptus, nullius boni egens.⁷⁵

Psalm 90 (Vulgate) Domine refugium tu factus es nobis in generatione et generatione
² priusquam montes fierent et formaretur terra et orbis a saeculo usque in saeculum tu es
Deus ³ ne avertas hominem in humilitatem et dixisti convertimini filii hominum

⁴quoniam mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesternae quae praeteriit et custodia in nocte ⁵ quae pro nihilo habentur eorum anni erunt.

Domine habitaculum tu factus es nobis in generatione et generatione ² antequam montes nascerentur et parturiretur terra et orbis a saeculo et usque in saeculum tu es ³ convertes hominem usque ad contritionem et dices revertimini filii Adam ⁴ quia mille anni in oculis tuis sicut dies hesternae quae pertransiit et vigilia nocturna ⁵ percutiente te eos somnium erunt.^a

Psalm 90:5 BHS : זְרִמָּתָם שָׁנָה יְהִיוּ בַּבֶּקֶר כְּחֻצִיר יַחֲלֶף

Week Six Presence, Knowledge

Quenstedt: Differt itaque *immensitas* ab omnipraesentia; illa est attributum absolutum, haec respectivum ... cum non solum essentiae divinae propinquitatem, sive adessentiam Dei ad creaturas, sed etiam operationem quandam seu operosum dominium importet; illa aeterna est, haec nequaquam, sed cum creaturis coepit. (Cave!)⁷⁶

Decisio Saxonica: Duo ad plenam definitionem praesentiae Dei requiri: Primo adessentiam infiniti et immensi Dei; secundo praesentis Dei operationem.⁷⁷

Gerhard: Est *praesentia* illocalis, impartibilis, rationi nostrae incomprehensibilis, efficax et operosa, omnia instar minutissimi puncti in se continens.⁷⁸

Gerhard: Quod Deus ubique praesens sit non per essentiae suae multiplicationem, est enim ὁλως ὁλον τί ens simplicissimum, ac proinde ubicunque est, totus est. Nec per essentiae suae divisionem ... nec per extensionem ... nec per commixtionem.⁷⁹

Cicero: Aperta simplexque mens, nulla re adjuncta, qua sentire possit, fugere intelligentiae nostrae vim et notionem videtur.⁸⁰

Some awkward expressions of Tertullian: Omne quod est, corpus est sui generis, nihil est incorporale, nisi quod non est.—Quis negabit, Deum corpus esse, etsi Deus spiritus est? Spiritus enim corpus sui generis in sua effigie.⁸¹

Servetus: Deum in lapide esse vere et proprie lapidem, et in trunco truncum, et sic in aliis.⁸²

Carpov: (denying the deist view) Non potest fieri, quin Deus totus cuilibet enti praesens sit,⁸³

Vorstius: Nusquam scriptum legimus, Deum substantiam simpliciter immensam et totam reipsa in omnibus locis praesentem esse, imo non pauca, quae contrarium sensum habere videntur, passim occurrunt. jam patet, ex scripturis immensitatem aut ubiunitatem essentiae divinae solide probari non posse. Verum quidem est, Deum omnia in omnibus

operari; non tamen sequitur, Deum immediate illic sua substantia adesse, ubicunque operatur, quia per causas medias sive physicas sive hyperphysicas operari potest, ut rex aliquis per suos ministros. Substantialiter in illo altissimo coelo tamquam in solio aut palatio suo residet, sic tamen, ut virtualiter etiam κατ' ἐνέργειαν suam in terra versetur. Mirum videtur esse paradoxum, Deum sic omnis quantitatis expertem esse, ut totus substantialiter sit in re qualibet, etiam minima.—Sane de loco et locali praesentia, quin Deo vero et recte attribui possit, minime dubitandum videtur.⁸⁴

Gerhard: Haec immensitas et essentialis Dei omnipraesentia ita intelligenda est: Quod Deus non tantum virtute et efficacia, nec tantum visione et scientia, sed etiam tota et individua sua essentia sit omnibus rebus praesens, neque enim tantum potentia et scientia, sed etiam essentia est immensus et infinitus.⁸⁵

Calov: *Scientia* Dei credenda est vere immensa atque infinita, vi cujus Deus omnia uno intuitu ab aeterno scit, quae sunt, fuerunt, aut futura, respectu nostri, sunt. Ibid.: Omniscientia Dei est, qua Deus omnia scit, quaecunque fuerunt, sunt et erunt, ut et quae esse et non esse possunt. Quod ad modum scientiae, Deus videt novitque omnia scientia infinita et immutabili, non in tempore demum, sed ab aeterno; non discursive aut successive, sed uno simplici et aeterno intelligendi actu.⁸⁶

Calov: Scientia Dei naturalis est qua se ipsum atque omnia possible novit.⁸⁷

Augustine: Quid est praescientia nisi scientia futurorum? Quid autem futurum est Deo, qui omnia supergreditur tempora? Si enim in scientia res ipsas habet, non sunt ei futurae, sed praesentes, ac per hoc non jam praescientia, sed tantum scientia dici potest.⁸⁸

Gerhard: Quod praescientia Deo tribuitur, id fit respectu nostri; ipsi enim omnia sunt praesentia, quae nobis adhuc futura.⁸⁹

Osiander: ut in Deo non habet locum postscientia, etsi noverit praeterita, ita, accurate loquendo, sub futurorum in tempore cognitione Deo tribui non potest praescientia.⁹⁰

F. Socinus: God knows “omnia quae sua natura scibilia sunt”, i.e. after the event—at least, He has no foreknowledge of the evil: Nulla ratio, nullum Scripturae testimonium proferri potest, ex quo aperte colligitur, Deum mala ex voluntatibus hominum dependentia scivisse, antequam fierent.⁹¹

Calvin “Nec alia ratione quae futura sunt praevidet, nisi quia ut fierent decreverit.”⁹³

Gerhard: Distinguendum est inter necessitatem consequentis (quam alias vocant absolutam, praecedentem, simplicem), quae oritur ex necessaria causae cum effectu ac intrinseca terminorum connexionem: et inter necessitatem consequentiae (quam vocant hypotheticam, sequentem, comitantem, conditionalem, ex suppositione), quae oritur ex actu existentiae ab ipsa positione effectus, quia omne, quod est, eo ipso, quod est, necesse est esse. Hac posteriori necessitatis specie respectu divinae praescientiae necessaria sunt, quae ex causis contingenter et libere agentibus fiunt, atque haec necessitas non tollit

libertatem, sed potius praesupponit.⁹⁴

Augustine: Sicut tu tua memoria non cogis facta esse, quae praeterierunt, sic Deus praescientia sua non cogit facienda, quae futura sunt.⁹⁵

Augustine: Atque ita, qui omnium rerum causas praescivit, profecto in eis causis etiam nostras voluntates ignorare non potuit, quas nostrorum operum causas esse praescivit. Quomodo ergo ordo causarum, qui praescienti Deo certus est, id efficit, ut nihil fiat in nostra voluntate, cum in ipso causarum ordine magnum habeant locum nostrae voluntates?⁹⁶

Week Seven **Love, Holiness, Righteousness**

Quenstedt: *Amor Dei* est, quo ipse cum objecto amabili se suaviter unit.⁹⁷

Quenstedt: Amore complacentiae amat Deus omnes res creatas, vel potius bonum suum, quod cum illis communicavit; amore benevolentiae peculiariter amat homines, propter quos filium suum in carnem misit et in mortem tradidit, vocatur uno verbo φιλανθρωπία; amore autem amicitiae prosequitur fideles et in gratiam receptos.⁹⁹

Tertullian: Bonitas nisi justitia regatur, ut justa sit, non erit bonitas, si injusta sit. Nihil enim bonum, quod injustum: bonum autem omne quod justum.¹⁰⁰

Quenstedt: *Sanctitas* Dei est summa omnisque omnino labis aut vitii expers in Deo puritas; munditiem et puritatem debitam exigens a creaturis; sive, qua Deus summe purus, mundus et sanctus est, omnisque puritatis et sanctitatis in creaturis autor.¹⁰¹

Buddeus: quando Deus se ipsum amore purissimo amare concipitur, ut simul ab omni imperfectione remotus, secretus, separatus censeatur, amor ille vocatur sanctitas.¹⁰²

Baier: Deus, qui legem a superiore latam non habet, ipse sibi lex est.¹⁰³

Baier: Sanctitatem vocamus, et importat rectitudinem divinae voluntatis, qua omnia, quae recta atque bona sunt, aeternae suae legi conformiter vult.¹⁰⁴

Calov: *Justitia* Dei est, qua Deus justus est retributor boni atque vindex mali.¹⁰⁵

Quenstedt: Justitia Dei est summa et immutabilis voluntatis divinae rectitudo, a creatura rationali, quod rectum et justum est, exigens.¹⁰⁶

Gerhard: Erga creaturas justus est tum dispositive, quatenus omnes actiones suas, omnia opera sua ad extra juxta norma aequitatis et justitiae disponit, estque justissimus totius universi gubernator ac dominus; tum distributive, quatenus unicuique creaturae reddit secundum opus suum.¹⁰⁷

Gerhard: Quamvis tum ex naturaliter insito justis et injustis discrimine, tum ex poenis graviora delicta comitantibus ratio humana quodammodo agnoscat, Deum esse justum, quod testantur dicta gentilium de Dei justitia: tamen cognitio illa est imperfecta et languida.¹⁰⁸

Romans 3:20-28 (Vulgate) ²⁰ quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo per legem enim cognitio peccati ²¹ nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est testificata a lege et prophetis ²² iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi super omnes qui credunt non enim est distinctio ²³ omnes enim peccaverunt et egent gloriam Dei ²⁴ iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem quae est in Christo Iesu ²⁵ quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiae suae propter remissionem praecedentium delictorum ²⁶ in sustentatione Dei ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore ut sit ipse iustus et iustificans eum qui ex fide est Iesu ²⁷ ubi est ergo gloriatio exclusa est per quam legem factorum non sed per legem fidei ²⁸ arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis.^b

Romans 5:1-5 (Vulgate) Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum ² per quem et accessum habemus fide in gratiam istam in qua stamus et gloriamur in spe gloriae filiorum Dei ³ non solum autem sed et gloriamur in tribulationibus scientes quod tribulatio patientiam operatur ⁴ patientia autem probationem probatio vero spem ⁵ spes autem non confundit quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis.^c

Week Eight Omnipotence

Brochman: *Omnipotentiam* Deo ubi tribuo, tantum potentiam ipsi assigno, ut multo plura quam ulla creatura capere possit, facere queat, adeo ut quicquid facere vult, nullo labore et negotio facere possit, invitis etiam omnibus rebus creatis.¹⁰⁹

Gerhard: Infinita est potentia Dei I) in se et per se seu natura sua, sicut Deus ipse, cuius essentiale idioma est, quod infinitus adpellatur; II) respectu objectorum, quae non tantum jam facta varia sunt et innumera, sed etiam infinita adhuc alia ab ipso fieri possent, si sapientiae ejus placeret; III) ratione modi agendi, quia nunquam tam intensive et efficaciter agit Deus, ut non intensius et efficacius agere possit.¹¹⁰

Plinius: Deum omnipotentem esse negat ex eo, quia mori et fallere non potest, nec factum infectum reddere potest.¹¹¹

Hollaz: Attributum divinum, quo Deus efficere potest omne, quod fieri possibile est et in Deo nullam importat imperfectionem.¹¹²

Scherzer: Sunt sophismata quibus definitio rei tollitur.—Si enim Deus mentiretur, moreretur, peccaret, Deus non esset; si creatura infinitam perfectionem haberet, creatura non esset; si praeteritum non praeteriisset, praeteritum non esset; si dies crastina hodie

existeret, hodie non esset.¹¹³

Gerhard: Realiter potentiam a voluntate non distingui, manifestum est ex essentiae divinae simplicitate, quaestio vero est, an ratione distinguatur? Durandus et alii adfirmant... Sed rectius statuitur, ne quidem ratione potentiam a voluntate in Deo distingui. I) Quia scriptura sacra voluntatem Dei nobis proponit ut causam omnium rerum (Ps CXV,3; Ps CXLVIII,5; Esaj. XLVI,10). II) Imperfectionis est, quod in creatura intellectuali distinguitur potentia executiva a voluntate, sed a Deo removenda omnis imperfectio.¹¹⁴

Abelard's argument: Deus solum potest facere, quod ab aeterno praescivit et decrevit se aliquando facturum. Sed illa solum, quae aliquando facit, praescivit et decrevit, se facturum.¹¹⁵

Psalm 139 (Vulgate)

IN FINEM DAVID PSALMUS	PRO VICTORIA DAVID CANTICUM
² Domine probasti me et cognovisti me tu cognovisti sessionem meam et surrectionem meam	² Domine investigasti me et cognovisti tu cognovisti sessionem meam et surrectionem meam
³ intellexisti cogitationes meas de longe semitam meam et funiculum meum investigasti	³ intellexisti malum meum de longe semitam meam et accubitionem meam eventilasti
⁴ et omnes vias meas praevidisti quia non est sermo in lingua mea	⁴ et omnes vias meas intellexisti quia non est eloquium in lingua mea
⁵ ecce Domine tu cognovisti omnia novissima et antiqua tu formasti me et posuisti super me manum tuam	⁵ ecce Domine nosti omnia retrorsum et ante formasti me et posuisti super me manum tuam
⁶ mirabilis facta est scientia tua ex me confortata est non potero ad eam	⁶ super me est scientia et excelsior est non potero ad eam
¹³ quia tu possedisti renes meos suscepisti me de utero matris meae	¹³ quoniam tu possedisti renes meos orsusque es me in utero matris meae ^d
¹⁴ confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es mirabilia opera tua et anima mea cognoscit nimis	¹⁴ confitebor tibi quoniam terribiliter magnificasti me mirabilia opera tua et anima mea novit nimis
¹⁵ non est occultatum os meum a te quod fecisti in occulto et substantia mea in inferioribus terrae	¹⁵ non sunt operta ossa mea a te quibus factus sum in abscondito imaginatus sum in novissimis terrae

¹⁶ imperfectum meum viderunt oculi tui et in libro tuo omnes scribentur die formabuntur et nemo in eis

¹⁷ mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus nimis confirmati sunt principatus eorum

¹⁸ dinumerabo eos et super harenam multiplicabuntur exsurrexi et adhuc sum tecum

²³ proba me Deus et scito cor meum interroga me et cognosce semitas meas

²⁴ et vide si via iniquitatis in me est et deduc me in via aeterna

¹⁶ informem adhuc me viderunt oculi tui et in libro tuo omnes scribentur dies formatae sunt et non est una in eis

¹⁷ mihi autem quam honorabiles facti sunt amici tui Deus quam fortes pauperes eorum

¹⁸ dinumerabo eos et harena plures erunt evigilavi et adhuc sum tecum

²³ scrutare me Deus et cognosce cor meum proba me et scito cogitationes meas

²⁴ et vide si via idoli in me est et deduc me in via aeterna ^d

Week Nine Will of God

Calov: Voluntatis attributum praecipuum est libertas, qua Deus non ex necessitate naturae, sed libere vult omnia alia extra se, ita ut possit eadem non-velle.¹¹⁷

Gerhard: Deus est essentia liberrime agens. Ut deo tribuitur intellectus, ita quoque voluntas, quae est libere agendi facultas atque principium actionum imperans.¹¹⁸

Doederlein: Libertas est, quod Deus nulla re alia, quam rationis vi cogatur, nec impedimentis constringatur, cum recta bonaque cupere et exsequi velit.¹¹⁹

Gerhard: Quaedam Deus vult absolute, quaedam conditionaliter. Quae absolute Deus vult, necessario fiunt, quae vero conditionaliter, non nisi conditione posita. Voluntas ergo Dei non excludit arbitrii libertatem in rebus externis in homine, quia causas inferiores, inter quas est arbitrii libertas, non excludit, sed includit, nec praedeterminat voluntatem humanam physica quadam necessitate ad partem unam; sed libertatem eidem naturaliter insitam relinquit, nec affert ejus motui necessitatem quandam antecedentem et a priori, sed generali concursu ad agendum vires agendi donat et conservat.¹²⁰

Gerhard: Deus quaedam vult ex necessitate naturae, quaedam libere. Ex necessitate naturae vult, quae de se ipso vult, nulla re sive extra sive intra se permotus, hoc modo vult se ipsum, suam bonitatem atque gloriam. Libere vult, quae de creaturis vult secundum beneplacitum voluntatis suae, quae poterat et velle et nolle, vult autem ea sine ulla necessitate, praeterquam hypotheseos, quae est propriae immutabilitatis.¹²¹

Augustine: Efficacem seu invictam et omnipotentissimam Dei voluntatem vocat eam, qua statuit, bene agentes remunerare et peccantes punire, quam semper impleri asserit.

Inefficacem vocat, qua vult, omnes bene vivere et neminem peccare.¹²²

Gerhard: Antecedens voluntas est, qua Deus, ut benignissimus pater, omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire. Consequens voluntas est, qua Deus, ut justissimus iudex, finaliter impenitentes et incredulos vult damnari.¹²³

Gerhard: Quia in aeterna et simplicissima voluntate non datur successio nec actuum voluntatis distinctio.¹²⁴

Gerhard: Sed in illis, quae negotium salutis concernunt, voluntatem quandam arcanam a revelata in verbo non solum diversam, sed eidem etiam adversam statuendam esse, totis viribus negamus, imo id ipsum impium ac blasphemum esse pronunciamus.¹²⁵

Calov: Porro licet Deus peccatum permittat volens, non invitus; voluntas tamen et permissio circa diversa versatur objecta voluntas enim circa permissionem, at permissio circa peccatum est.¹²⁶

Formula of Concord, TD, XI: ^{28]} Si igitur aeternam electionem ad salutem utiliter considerare voluerimus, firmissime et constanter illud retinendum est, quod non tantum praedicatio poenitentiae, verum etiam promissio evangelii sit universalis, hoc est, ad omnes homines pertineat. Eam ob causam Christus, Luc. 24, 47, *iussit praedicari in nomine suo* poenitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes. Deus enim mundum dilexit eique Filium suum unigenitum donavit, Ioh. 3, 16. Christus peccata mundi sustulit, Ioh. 1, 29. Idem carnem suam tradidit pro mundi vita, Ioh. 6, 51. Ipsius sanguis propitiatio est pro totius mundi peccatis, 1 Ioh. [1, 7] 2, 2. Christus dicit Matth. 11, 28: Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Deus omnia in incredulitate conclusit, ut omnium misereatur, Rom. 11, 32. Non vult Dominus aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam reverti, 2 Petr. 3, 9. Idem Dominus omnium, dives in omnes, qui invocant illum, Rom. 10, 12. Iustitia Dei per fidem Iesu Christi venit in omnes et super omnes, qui credunt in eum, Rom. 3, 22. Et haec est voluntas Patris, ut omnes, qui in Christum credunt, vitam aeternam habeant, Ioh. 6, 40. Et vult Christus, ut in genere omnibus, quibus poenitentia agenda praedicatur, etiam haec promissio evangelii proponatur, Luc. 24, 47; Marc. 16, 15.ⁱⁱⁱ

^{29]} Et hanc vocationem Dei, quae per verbum evangelii nobis offertur, non existimemus esse simulatam et fucatam, sed certo statuamus, Deum nobis per eam vocationem voluntatem suam revelare, quod videlicet in iis, quos ad eum modum vocat, per Verbum efficax esse velit, ut illuminentur, convertantur et salventur. Verbum enim illud, quo vocamur, ministerium Spiritus est, 2 Cor. 3, 8, quod Spiritum Sanctum affert, seu per quod Spiritus Sanctus hominibus confertur, et est virtus Dei ad salutem omni credenti, Rom. 1, 16. Cum igitur Spiritus Sanctus per Verbum efficax esse, nos corroborare et vires subministrare velit, profecto vult Dominus, ut verbum evangelii recipiamus, ei credamus atque pareamus.^{iv}

^{33]} Hanc revelatam Dei voluntatem inquiramus, meditemur, atque, ut eidem pareamus, sedulo elaboremus, quandoquidem Spiritus Sanctus per Verbum (quo nos vocat) gratiam, vires et facultatem largiri vult; arcae autem et occultae praedestinationis divinae abyssum perscrutari ne conemur. In hanc sententiam Christus cuidam curiose

interroganti, an pauci salvarentur, respondit [Luc. 13, 24]: Contendite, ut intretis per angustam portare . Et D. Lutherus inquit (in praef. sup. ep. ad Rom.): Eodem ordine, quem Paulus in epistola ad Romanos observavit, procede. Prima tua cura sit de Christo eiusque evangelio, ut et tua peccata et ipsius gratiam atque clementiam agnoscas. Deinde luctare cum peccato, sicut docet Paulus a primo capite usque ad octavum. Postea ubi (in octavo capite) sub cruce, tentationibus et afflictionibus exercitatus fueris, nonum, decimum et undecimum caput recte te docebunt, quanta in praedestinatione divina consolatio reposita sit.^v

Week Ten Trinity

Symbolum Athanasii contra Arianos scriptum: ^{1]} Quicumque vult salvus esse, ante omnia opus est, ut teneat catholicam fidem. ^{2]} Quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, absque dubio in aeternum peribit. ^{3]} Fides autem catholica haec est, ut unum Deum in Trinitate et Trinitatem in unitate veneremur, ^{4]} Neque confundentes personas, neque substantiam separantes. ^{5]} Alia est enim persona Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti. ^{6]} Sed Patris et Filii et Spiritus Sancti una est divinitas, aequalis gloria, coaeterna maiestas.^{vi}

^{15]} Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus; ^{16]} Et tamen non tres Dii sunt, sed unus est Deus. ^{17]} Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus Sanctus; ^{18]} Et tamen non tres Domini, sed unus est Dominus. ^{19]} Quia sicut singulatim unamquamque personam Deum ac Dominum confiteri christiana veritate compellimur, Ita tres Deos, aut tres Dominos dicere catholica religione prohibemur.^{vii}

^{20]} Pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus. ^{21]} Filius a Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus. ^{22]} Spiritus Sanctus a Patre et Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. ^{23]} Unus ergo Pater, non tres Patres; unus Filius, non tres Filii; unus Spiritus Sanctus, non tres Spiritus Sancti. ^{24]} Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus; ^{25]} Sed totae tres personae coaeternae sibi sunt et coaequales. Ita ut per omnia, sicut iam supra dictum est, et Trinitas in unitate et unitas in Trinitate veneranda sit. ^{26]} Qui vult ergo salvus esse, ita de Trinitate sentiat.^{viii}

Chemnitz: Intelligit ergo Ecclesia nomine essentiae non nomen universale, ut philosophi nominant essentiam humanam, sed naturam divinam revera existentem, quae communicabilis est et communis tribus personis, Patri, Filio et Spiritui sancto et est tota in singulis.¹²⁷

Gerhard: Essentia hominum est nomen universale, quod per se revera non existit, sed cogitatione tantum colligitur et intellectu comprehenditur. Essentia vero in divinis non est quiddam imaginarium, ut genus vel species, sed revera existit, quamvis sit communicabilis.¹²⁸

Baier: Intelligitur nomine essentiae, sive οὐσία, ipsa natura divina, qualis in se absolute, quaeque una cum attributis simplicissime una ac singularis.¹²⁹

Gerhard: Vox οὐσία de Deo usurpata significat numero unam et indivisam essentiam

tribus deitatis personis communem, quae non est partialiter in tribus personis, ita ut pars ejus sit in Patre, pars in Filio, pars in Spiritu sancto, sed tota est in Patre, tota in Filio, tota in Spiritu sancto propter infinitatem et immaterialitatem.¹³⁰

Chemnitz: Petrus, Paulus, Joannes sunt tres personae, quibus communis est una natura humana, sed differunt valde multum 1. substantia, 2. tempore, 3. voluntate, 4. potentia, 5. operatione.... In Trinitate vero non ita distinguuntur personae, sicut angelus ab angelo, homo ab homine, neque differunt tempore, voluntate, potentia, operatione, sed in personis Trinitatis est coaeternitas, una voluntas, una potentia, una operatio.¹³¹

Quenstedt: The Trinity is already known from Gn 1:2,3, ubi mentio fit Dei dicentis, verbi, etc. und auf Ps 33:6, ubi David Patrem designat nomine Jehova, quod hoc loco personaliter sumitur et expresse a verbo et spiritu oris ejus distinguitur.¹³²

Gerhard: 1. Non hoc dicimus, quod testimoniorum de trinitate in Vetere et Novo Testamento sit eadem claritas et evidentia, quia clarior huius mysterii revelatio Novo Testamento fuit reservata.—2. Nec hoc volumus, quod in disceptatione contra pertinacem adversarium ab obscurioribus Veteris Testamenti dictis faciendum sit initium. Sed hoc duntaxat asserimus, quod ex Vetere Testamento pro adstruendo trinitatis dogmate quaedam testimonia afferri possint et debeant, cum Deus semper ab initio sese sic patefecerit, ut ecclesia omnibus temporibus Deum ita agnoverit, invocarit et celebrarit—quod in una indivisa essentia sunt tres distinctae personae.¹³³

Hafenreffer: Pluralitas in divinitatis unitate est hypostatica seu personarum, nam essentia quidem divinitatis est una, sed personae sunt plures: adeoque in mysterio divinitatis est quidem aliud et aliud, sed non aliud et aliud. Alia namque persona est Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti, sed non alia et alia, verum una est omnium personarum essentia.¹³⁴

Quenstedt: Persona aliter ab essentia, aliter ab alia persona distinguitur: ab illa non re, sed ratione, cum fundamento in re, ab hac vero re ipsa, omni operatione intellectus humani cessante.¹³⁵

Quenstedt: Vera et realis personarum divinarum distinctio non infert essentiae divinae divisionem aut multiplicationem. Deus enim non dividitur in tres personas, sed tres personae inter se distinctae unicam illam numero essentiam indivisam et infinitam indivisim participant, ita ut quaelibet persona eandem essentiam habeat sine eius multiplicatione aut divisione. In hoc enim mysterio datur aliud atque aliud ὑποστατικῶς, non aliud et aliud οὐσιωδῶς. Atque ita tres illae realiter distinctae personae sunt et manent ὁμοούσιοι.¹³⁶

Gerhard: trinum Deum dicimus, sed triplicem dicere christiana religione prohibemur.¹³⁷

Week Eleven

Trinity

Quenstedt: Haec generatio Filii non fit derivatione aut transfusione, nec actione quae

incipiat aut desinat, sed fit indesinente emanatione, cui simile nihil habetur in rerum natura. Deus Pater enim Filium suum ab aeterno genuit et semper gignit nec umquam desinet gignere. Si enim generatio Filii finem haberet, haberet etiam initium, et sic aeterna non esset. Nec tamen propterea generatio haec dici potest imperfecta aut successiva, actus namque generationis in Patre et Filio consideratur in opere perfectus, in operatione perpetuus.¹³⁸

Hollaz: Intelligitur spiratio non externa, qualis erat insufflatio Christi ad discipulos, sed interna et immanens, cum fiat intra deitatis sinum; non transitoria et evanescens, qualis est hominum spirantium, sed aeterna et permanens, quia Spiritus Sanctus ab aeterno procedit ... ; non spiratio accidentalis sed substantialis.¹³⁹

Hollaz: Spiratio passiva seu processio Spiritus Sancti a Patre et Filio, i.e. aeterna Spiritus Sancti origo, qua ipse intra sinum deitatis a Patre et Filio, unius eiusdemque numero essentiae communicatione, ut commune utriusque spiraculum producit.¹⁴⁰

Hollaz: Dicitur spiratio passiva non physice, quasi inferat potentiam passivam aut imperfectionem, sed grammaticae, quia Spiritus Sanctus non spirare sed spirari dicitur. Neque spiratio activa et passiva sunt duae spirationes, sed est una eademque spiratio, quae ratione principii spirantis et producentis spiratio activa, ratione termini producti passiva vocatur. Ceteroqui purissima est emanatio Spiritus Sancti a Patre et Filio.¹⁴¹

Dogmatic axiom: Quid est nasci, quid processus, me nescire sum professus.¹⁴²

Quenstedt: Actiones divinae ad intra personales sunt, quae ad ipsum Deum ita terminantur, ut tamen pro principio agendi non agnoscant essentiam divinam, quatenus ea omnibus tribus personis communis est, sed prout certis characteribus et proprietatibus hypostaticis est determinata. Unde haec opera ad intra personalia sunt divisa, h.e. non sunt tribus personis divinis communia, sed uni tantum personae vel duabus personis propria.¹⁴³

Opera ad intra sunt divisa. Opera ad extra sunt indivisa aut communia.¹⁴⁴

Gerhard: In operibus ad extra et respectu creaturarum, quando nominatur tantum una persona, vel duae, tota Trinitas intelligitur.¹⁴⁵

Quenstedt: Ex discrimine personarum reali oritur earum ordo, cum in subsistendo, tum in operando. Distinguendum tamen inter ordinem 1. naturae, 2. temporis, 3. dignitatis, 4. originis et relationis. Non datur inter personas divinas ordo naturae, quia sunt ὁμοούσιοι, ejusdem naturae et essentiae; neque temporis, quia sunt ὁμαιώνιοι, coaeterni; neque dignitatis, quia sunt ἰσότιμοι, ejusdem honoris; sed datur inter illas ordo originis et relationis, quia Pater a nullo est, Filius a Patre et Spiritus S. ab utroque.¹⁴⁶

Hollaz: Deus Pater est prima divinitatis persona, nec genita nec procedens, sed ab aeterno gignens Filium, substantialem sui imaginem, et cum Filio ab aeterno spirans Spiritum Sanctum; creans, conservans et gubernans omnia, mittens Filium redemptorem et

Spiritum Sanctum, sanctificatorem generis humani. Filius Dei est secunda divinitatis persona, ab aeterno a Patre genita, eiusdem cum Patre essentiae et maiestatis, quae cum Patre ab aeterno spirat Spiritum Sanctum et in plenitudine temporis humanam naturam in propriam hypostasim assumpsit, ut humanum genus redimeret et salvaret. Spiritus Sanctus est tertia divinitatis persona, eiusdem cum Patre et Filio essentiae, quae ab aeterno procedit a Patre et Filio et ab utroque mittitur ad sanctificandum corda hominum salvandorum.¹⁴⁷

Hafenreffer: Annon tamen similitudinibus quibusdam ceu rudissimis lineamentis haec unitatis pluralitas vel aliquatenus adumbrari potest? Quod adorandae divinitatis mysterium exprimat, nihil in omni rerum universitate reperire licet. Creaturas enim Deus creator immensis graduum intervallis excedit... In quibus similitudinibus tamen omnibus multo maiores sunt dissimilitudines quam similitudines: nihil enim neque in coelo est neque in terra, quod infiniti Dei naturam referre, nulla nec vox nec ratio est, quae mysterium tantum digne explicare possit.¹⁴⁸

Gerhard: Similitudines a.) Illustrant tantum, non probant. b.) Plus in illis dissimilitudinis, quam similitudinis. c.) A posteriori petitae sunt, non a priori; non sunt cognitionis parentes, sed soboles, non adducunt ad cognoscendum sed adducuntur ad cognitum repraesentandum. d.) Sobrie ac caute illis utendum. 3.) Adversario opponi nequeunt, credentem oblectare possunt.¹⁴⁹

Augustine: Magna prorsus inopia humanum laborat eloquium. Dictum est tamen Tres Personae, non ut illud diceretur, sed ne taceretur omnino. Non enim rei ineffabilis eminentia hoc vocabulo explicari valet.¹⁵⁰

Chemnitz: Primum hoc multos offendit, etiam antiquis temporibus, quare ecclesia, loquens de articulo Trinitatis, non contenta fuerit simplici illa proprietate, qua ipse filius Dei, patefaciens doctrinam de Deo, usus est, et quam Spiritus sanctus in Prophetis et Apostolis secutus est, sed peregrinas appellationes ex impiis Ethnicorum scholis in Ecclesiam introduxerit. Nullum enim omnino dubium est, vocabula illa in scholis Philosophorum usitata esse. Et magna invidia praegravabantur orthodoxi Patres ab Haereticis, specioso hoc praetextu, quod scilicet Ecclesia de illa inaccessiblei luce divinitatis non aliter deberet sentire, quam ipsa divinitas prodiens ex arcana Majestatis suae sede se patefecit... Maluisset ergo Ecclesia illa simplicitate sermonis uti, ut sicut credit, ita etiam loqueretur, unum esse Deum, Patrem, Filium et Spiritum sanctum. Sed exorta sunt certamina haereticorum, impugnantium partim unitatem Dei, partim Trinitatem, ita callide tamen, ut cum confiterentur, esse unum Deum, ita intelligebant, quamquam plures sunt Dii, vocari tamen unum Deum, sicut cor credentium vocatur unum, Actor. 4, v. 32... Quia ergo haeretici loquebantur cum Ecclesia, et tamen diversum sentiebant, et per verisimiles locutiones, ut inquit Nazianzenus, venena clanculum spargebant apud imperitos, qui nihil mali suspicabantur, cum audirent istos loqui iisdem verbis, quibus utitur Ecclesia, conati sunt viri Ecclesiastici in Scriptura invenire vocabula, quibus ex insidiis protraherent latitantes haereticos, ne possent ambiguis locutionibus incautos decipere.¹⁵¹

Week Twelve Creation

Catechismus Maior D. Martini Lutheri. Articulus I.:

Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem coeli et terrae.

^{10]} Quatenam sit Dei Patris essentia, voluntas et opus, hisce verbis compendiosissime e adumbratum et propositum est. Cum enim decem praecepta docuerint non esse nisi unum Deum habendum et colendum, in quaestionem venire posset, quid Deus esset, quid operis faceret, quibus denique rebus laudandus sit aut depingendus, ut cognoscatur. Hoc iam sequens docet articulus, fidem nihil aliud esse quam responsionem quandam et confessionem Christianorum ad primum praeceptum ordinatam. ^{11]} Velut puer interrogatus a quopiam: quemnam Deum habes, aut quid de illo compertum tenes? respondere possit: Primum quidem hoc Deus meus est, videlicet Pater, qui coelum ac terram condidit; extra hunc unum nullum alium Deum esse credo, praeter hunc enim nemo est, qui sua virtute atque potentia coelum ac terram possit condere. ^{ix}

^{12]} Ceterum pro doctis, et qui aliquam Scripturae cognitionem sibi paraverunt, ii tres articuli aliquanto fusius et locupletius declarari possunt inque tot partes dividi, quot verbis fidei Symbolum contextum est. Verum in praesentia pro novitiis scholasticis maxime cognitu necessaria indicasse sufficiat, nempe hunc articulum, ut diximus, ad rerum creationem pertinere, ut huic verbo innitatur: Creator coeli et terrae. ^{13]} Quid ergo haec sibi verba volunt, aut his tu significari putas: Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem etc.? Responsio: Hoc significari puto et credo, me Dei esse creaturam, hoc est, quod ille mihi dederit quotidieque alat sustentetque corpus, animam, vitam, membra corporis, cum parva tum magna, omnes sensus, rationem, rationis usum virtutemque intelligentiae, ac deinceps cibum et potum, amictum, commeatum, uxorem, liberos, familiam, aedes, praedia etc. ^x

^{14]} Adhaec qui omnes creaturas ad vitae meae utilitatem et necessitatem servire mihi sinit, solem, lunam et sidera coelestis, diem et noctem, aerem, ignem, aquam, terram et omnes fructus terrae, quos sua fecunditate producit, volucres, pisces et omnia frumentorum et fructuum genera. ^{15]} Insuper si quae sunt alia rerum corporalium et temporalium bona, ut est aequabilis reipublicae status et administratio, pax, tranquilla securitas. ^{16]} Ita ut ex hoc articulo discamus, nostrum neminem vitam omniaque alia iam enumerata, et quae adhuc enumerari possent, a se habere neque retinere posse, quamlibet pusillum aut leve fuerit. Haec enim omnia nomine *Creatoris* comprehensa sunt. ^{17]} Praeter haec ingenue quoque confitemur Deum Patrem non solum haec omnia, quae habemus, possidemus, coramque oculis intuemur, nobis dedisse, sed quotidie etiam eius tutela nos ab omnibus malis atque periculis custodiri, omnes incommoditates, ruinas atque discrimina a nobis abigente et propulsante. Quae omnia mera humanitate et bonitate sua pellectus nobis immerentibus exhibet, tamquam lenis ac clemens Pater, cui nos curae sumus, ne quid mali aut adversi nobis accidat. ^{18]} Verum ea verbosius persequi ad reliquas duas partes pertinet. ^{xi}

Hollaz: Opus creationis Deo patri in sacris litteris et symbolo apostolico perculiariter tribuitur (a) Propter ordinem operandi; eo quod Pater a se habet, quod agat et creet, Filius Dei et Spiritus S. a Patre. (b) Quia Deus Pater omnipotentiam suam efficacissimo verbo

mandati in opere creationis manifestavit, Gn 1:3. (c) Creatio est opus divinum ad extra primum, adeoque de prima Divinitatis persona per quamdam appropriationem dicitur.— Tres divinitatis Personae non sunt tres causae sociae, non tres auctores creationis, sed una causa, unus auctor creationis, unus creator.—Licet tres distinctae sint personae, una tamen virtute influunt in opus creationis. Si diversa operandi virtute influerent, forent causae sociae.¹⁵²

Hollaz: *Creatio* est actio divina libera, propterea quod Deus hoc universum condidit, non adductus necessitate, prorsus ac si famulitio creaturarum indiguerit, cum sit αὐταρκέστατος, sed libere, ut potuerit creare et non-creare, citius aut serius, hoc vel alio modo condere.¹⁵³

Quenstedt: Materia creationis ex qua respectu rerum primo die creaturarum nulla datur. Quae enim primo die creata sunt, non ex praeeistente sive antea creata materia sed ex nihilo pure negativo facta sunt.—Quando dicitur, opera primi diei esse creata ex nihilo, particula *ex* non designat materiam ex qua, sed excludit. Non enim aliud notatur per τό *ex* nihilo, quam terminus a quo; hoc est, nihilum, ex quo omnia facta dicuntur, non materiae, sed termini, a quo duntaxat rationem habet, et de creationis ordine intelligi debet, et recte particula “*ex*” per “*post*” verti potest, ut Thomas observat, ut sensus sit: post nihilum, velut terminum a quo, aliquid factum est.¹⁵⁴

Calov: Non consistit creatio in emanatione ex essentia Dei, non in generatione nec etiam in motu aut mutatione naturali ... sed in actione externa, qua e nihilo ... virtute infinita res producuntur.¹⁵⁵

Chemnitz: Non disputandum est autem curiosius de discrimine Personarum in opere creationis, sed contenti simus illa revelatione, quod ab aeterno Patre, per Filium, fovente Spiritu Sancto creata sint omnia. Ro 11:36. Sunt autem haec non ad inaequalitatem Personarum trahenda, sicut Ariani blasphemarunt Filium fuisse instrumentum Dei in creatione, sicut faber utitur securi. Nam haec praepositiones (ἐκ, διὰ, εἰς) non naturam dividunt, sed unius inconfusae naturae proprietates exprimunt.¹⁵⁶

Hollaz: Deus mundum hunc aspectabilem non creavit ex essentia sua neque hanc in partes quasi diffudit, ut quaelibet creatura deitatis particula dici possit.¹⁵⁷

Gerhard: Facessant deliria Stoicorum, qui fingeant duo aeterna principia, νοῦν καὶ ὕλην, mentem sive Deum et materiam, quam aeternis temporibus confusum chaos fuisse et certo tempore a mente demum efformatam somniabant.¹⁵⁸

Augustine: Procul dubio non est mundus factus in tempore, sed cum tempore.¹⁵⁹

Calov *Creatio* rerum non ab aeterno facta est, sed in principio illo, quo omne tempus fluere coepit.¹⁶⁰

Quenstedt: Id quod esse non potest, nisi post non-esse, non potest esse ab aeterno; at nulla creatura esse potest, nisi post non-esse creari enim est ex nihilo produci. Ergo.—

rebus a se conditis in esse suo conservandis et ad fines suos deducendis conducunt, disponere et conferre novit; verum etiam actum voluntatis, quo juxta scientiam illam suam vult et statuit creaturas conservare et gubernare.¹⁶⁸

Quenstedt: Licet itaque providentia divina praesupponat πρόγνωσιν seu praescientiam et πρόθεσιν seu decretum providendi ab aeterno factum, ipsa tamen proprie et formaliter consistit in διοικήσει seu actuali rerum creaturarum conservatione et gubernatione.¹⁶⁹

Hoffmann: Et circa πρόγνωσιν quidem notandum est partim, eam Deo tribui solum ἀνθρωποπαθῶς et respectu nostri, qui in tempore versamur, et res secundum prius et posterius mensuramus; Deus vero omnia quasi praesentia videt et intuetur in νῦν perpetuo, stabili et immutabili.¹⁷⁰

Jerome: Praescientia futurorum non immutabile facit, quod Deus futuram novit. Non enim quia Deus futura cognoscit, necesse est nos facere quod ille praescivit; sed quod nos propria voluntate facturi sumus, ille novit futurum.... Aliud est quando dico, praescientiae divinae respectu aliquid esse immutabile aut fieri necessario; aliud vero est quando dico, rem esse immutabilem propter praescientiam Dei, vel quod idem est, praescientiam rebus praescitis afferre necessitatem.... Quo respectu recte dicitur: res praescitas eo modo evenire, quo praescitae sunt, non causaliter respectu praescientiae, quasi haec res praescitas hoc et non alio modo evenire faciat; sed tantum conditionaliter, quatenus Deus non aliter res praescivit, quam prout ex causis suis propriis et quidem libere sunt eventurae. Iam ergo quando res aliqua hoc modo fit, recte dicitur, quod alio modo fieri non potuerit respectu divinae praescientiae; secundum vulgatam regulam: omne quod est quando est, tum esse necesse est.¹⁷¹

Hoffmann: Qualis enim est διοίκησις in tempore, talis etiam est πρόθεσις in aeternitate propter exactissimam utriusque, decreti scilicet et executionis (διοίκησις), harmoniam et conformitatem. Sicuti ergo hominum actiones in tempore Deus ita διοικεί, ut bonas praecipiat, probet, adjuvet, malas vero nec praecipiat, aut probet, sed propter finem bonum, quem ex iis elicere novit, permittat, et sic, dicente Augustino, nihil fit visibiliter et sensibiliter, quod non de sensibili et intelligibili summi imperantis aula aut jubeatur aut permittatur.¹⁷³

Baier: Variant sententiae, quatenus alii non tam actus immanentes mentis et voluntatis divinae quam ipsos actus externos conservandi et gubernandi nomine providentiae significari contendunt; alii quidem actum immanentem eo nomine denotari docent. Credunt autem ad intellectum formaliter, ad voluntatem consequenter pertinere; alii vice versa. Quam tamen controversiam omnem non tam de re ipsa quam de vocibus esse facile cognoscitur.¹⁷⁴

Hoffmann: Accipitur autem hic (sc. πρόθεσις) non specialiter, de proposito Dei de salute nostra, prout sumitur Rom.8:28; Eph.1:11; hoc modo enim consideratur in loco de praedestinatione, sed generaliter, prout ad omnia, quaecumque providentiae subjacent, sese extendit.¹⁷⁵

Cicero: Magna dii curant, parva negligunt.¹⁷⁶

Gerhard: Ipsa illa, quae conservatur ac regitur natura, divinae providentiae testis est. Si naturae discipulus esse volueris, invenies non minus vilissimis et minimis rebus consuli quam nobilissimis; ad finem necessaria conferri omnibus; in certo ac mirabili ordine persistere omnia; ea, quae sine sensu et cogitatione agunt, tamen obtinere suum finem; res inter se pugnantes ita temperari, ut vires invicem frangendo, repugnantia sua mundo prosint.—Sed illa ex naturae libro petita divinae providentiae cognitio languida est et imperfecta, non aliquo naturae ipsius sed mentis nostrae vitio.... Certior autem et perfectior est illa providentiae cognitio, quae ex Scripturae libro petitur.¹⁷⁷

Hollaz: Conservat Deus species et individua. Species conservat essentias rerum ab interitu vindicando et perseverantiam iis impertiendo. Individua conservat in locum intereuntium nova substituendo, ut essentia specierum perseveret.¹⁷⁸

Hoffmann: Uti enim Deus ubique est per essentiam ac omnia permeat, singulisque essentiis rerum creaturarum intime illabitur; ita illapsu vel influxu hoc sustentantur et conservantur in esse suo singula, et ut radiorum esse a sole dependet, ita et creaturarum esse dependet a Dei conservatione per influxum continuum, directum et positivum, quo vel ad momentum subtracto subsistere non possent, et quidem non generalem tantum sed specialem vel potius singularem, quo res omnes et singulas, non genera saltem et species rerum, sed et individua conservat immediate suamet actione ipsas attingendo, et non tantum per virtutem a se impressam vel in effectis relictam.¹⁷⁹

Hollaz: Conservatio divina non est actus mere negativus aut indirectus; neque enim in eo consistit, quod Deus res conditas non velit destruere aut annihilare, sed eas vigori suo relinquere, quoad vigere possunt ac durare ex vi per creationem ipsis indita; sed est actus positivus et directus, quo Deus in genere causae efficientis in esse rei conservandae influxu vero et reali influit, ut in natura, proprietatibus et viribus suis persistent ac permaneant.¹⁸⁰

Week Fourteen

Providence

Quenstedt: Deus res omnes conservat continuatione actionis, qua res primum produxit. Conservatio enim rei proprie nihil est aliud, quam continuata ejus productio, nec differunt, nisi per extrinsecam quandam denominationem.¹⁸¹

Hoffmann: Haec (conservatio) nihil aliud est quam continuata creatio.¹⁸²

Gerhard: Conservatio est existentiae continuatio.... continuus est quasi divinae potentiae omnia conservantis in res existentes omnes influxus, quo vel ad momentum subtracto nec agere, imo nec esse possunt.¹⁸³

Calov: Actio Dei externa, qua ... omnia, quae sunt, sustentat pro voluntatis suae arbitrio, ... ut Deus ubique est per essentiam ac per omnia com meat, singulisque essentiis illabitur

intime, ita illapsu et influxu hoc sustentantur et conservantur.¹⁸⁴

Heraclitus: Universa decurrere fluminis instar.¹⁸⁵

Quenstedt: Non quaeritur hoc loco, an Deus vim operandi causis secundis communicet eamque conservet: hic enim concurrenti modus non plus Deo tribuit, quam quod esse rerum agendique facultatem, quam initio illis dedit, conservet, sed hoc quaeritur, an Deus immediate in actionem et cum actione in effectum, qua talem, causarum secundarum, ad unius cuiusque exigentiam influat.... Cum concursu divino coincidit quoad rem omnipraesentia divina.¹⁸⁶

Quenstedt: De concursu causae primae cum secundis observandum, I. quod Deus non solum vim agendi det causis secundis et eam conservet (in quo solo Durandus, Taurellus, quidam Pontificii et Arminiani omnem Dei concursum collocant), sed quod immediate influat in actionem et effectum creaturae, ita ut idem effectus non a solo Deo, nec a sola creatura, nec partim a Deo, partim a creatura, sed una eademque efficientia totali simul a Deo et creatura producat, a Deo videl. ut causa universali et prima, a creatura, ut particulari et secunda. Unde Deo concursum suum subtrahente, cessat creaturae actio, ut in igne Babylonico apparuit (Dn 3:27). Concerning this he says further: Non est reipsa alia actio influxus Dei, alia operatio creaturae, sed una et indivisibilis actio, utrumque respiciens et ab utroque pendens, a Deo ut causa universali, a creatura, ut particulari. He illustrates with the following comparison: Quemadmodum eadem numero scriptio pendet a manu et calamo, nec pars una a manu et alia a calamo, sed tota a manu et tota a calamo: ita concursus Dei non est prior actione creaturae propria prioritate causalitatis, cum in re sit omnino eadem actio. Adeoque totum effectum producit Deus, sicut et causa secunda, quod fit per actionem Dei exteriorem, quae intime in actione creaturae includitur, imo una eademque est cum illa.¹⁸⁷

1. Concurrit Deus cum causis secundis juxta earum naturam; cum liberis libere, cum necessariis necessarie, cum fortibus fortiter etc. 2. Deus concurrit ad materiale, non ad formale.¹⁸⁸

Hutterus: Contingens definitur esse id, quod cum fit, neque impossibile neque necessarium est, sed habet causam, quae poterat ex natura sua aliter agere, ut est voluntas hominis; vel ut alii definiunt, contingens est, quodque vel hoc vel alio modo se habere, vel quod fieri et non fieri potest, et priusquam fit, impediri potest ne fiat, cum vero fit, causam habet, quae sua natura aliter agere poterat et cuius contradictoria non esset impossibilis.—Proditio Judae respectu providentiae divinae dicitur necessaria, necessitate consequentiae: quia nimirum Deus ab aeterno providit, Judam destinata malitia ac consilio certo proditurum Christum: contingens vero, quatenus voluntatis suae pravis desideriis resistere et Christum prodere non potuisset. Quia nimirum Deus non aliter providit res illas, quam prout ex causis suis eventurae erant: ergo sic etiam eveniunt, prout Deus eas providit.¹⁸⁹

Hollaz: Qui docent concursum praevium, committunt contradictionem in adjecto. Nam si Deus concurrit, non praecurrit, si cooperatur, non praeoperatur. Praemotio est actus

antecedens: Concursus vero non antecedit, sed fit, cum actio ipsa producitur.¹⁹⁰

Deus concurrit ad materiale, non ad formale malae actionis.¹⁹¹

Deus concurrit ad effectum, non ad defectum actionis.¹⁹²

Quenstedt describes this false theory: effectus causarum secundarum proprie a causis secundis non produci, sed a solo Deo ad praesentiam rerum secundarum effici, ipsis nihil agentibus.¹⁹³

Baumgarten: Concursus Dei generalis ad actiones rerum creatarum omnes in eo consistit, ut Deus vires illarum continet.¹⁹⁴

Leidener Synopsis: Sequitur, nullam esse in creaturis libertatem voluntatis, welche nicht waere aus der prima propria causa omnis libertatis.¹⁹⁵

Hottinger: Deus cum humana voluntate non concurrit tantum influxu generali et indifferente, sed speciali et determinante.¹⁹⁶

Calvin: Nec alia ratione, quae futura sunt, praevidet, nisi quia, ut fierent, decrevit.¹⁹⁷

Hollaz: Permissio divina ... est actus negativus, consistens in negatione vel suspensione impedimenti ineluctabilis. Posset quidem Deus obiecto impedimento violento aut impervincibili peccatorem refrenare aut coercere; at sunt numini sanctissimo causae permittendi peccatum iustissimae.¹⁹⁸

Quenstedt: Deus quidem permittit, sed non vult permissum, quod fit non quidem Deo absolute nolente, h.e. retinente ac impediante, attamen non volente. Dei non-impedire non est velle, sed permittere et simul etiam nolle, quatenus serio ei displicent, quae permittit.¹⁹⁹

Gerhard: Non vult Deus peccatum et tamen non impedit, quae est ipsa permissio. Quamvis vero permittat volens, non invitus, tamen permissio et voluntas ad diversa tendunt obiecta: permissio refertur ad peccatum ipsum, voluntas ad finem utilem, quem pro sua sapientia ex illo novit educere.²⁰⁰

Hollaz: Permissio divina non est blanda indulgentia, quasi Deus plane non curet, quando homines scelera committunt; nec est relaxatio legis, quasi peccandi licentiam hominibus permittat; neque est impotentia in Deo vel defectus scientiae, quasi malum velit aut probet; vel defectus potentiae, quasi peccatum cohibere nequeat; neque Deum facit otiosum peccatorum spectatorem.²⁰¹

Quenstedt: Permissio est actus providentiae gubernatricis, quo Deus creaturas racionales ad peccandum sua sponte sese inclinantes per impedimenta, quibus agens finitum resistere nequit, vel quibus non restitutum novit, a malo lege vetito non retrahit, sed iustis de causis in peccata ruere sinit.²⁰²

Quenstedt: Impedit Deus concursum suum subtrahendo, infirmiora roborando, fortiora vero vi divina reprimendo. Impeditio est actus providentiae gubernatricis, quo Deus actiones creaturarum pro arbitrio suo constringit, ne effectum dent, quod vel naturali vel libera agendi vi alias efficerent.²⁰³

Quenstedt: Decevit Deus non-impedire, sed permittere, ut fierent.... non vero decevit, ut facerent. Distinguendum inter praeparationem et impulsus impiorum, et directionem pessimi criminis ad salutarem finem. Non illa, sed haec Deo tribuenda. Directio est actus providentiae gubernatricis, quo Deus creaturarum actiones bonas ita moderatur, ut tendant et ferantur in objectum a Deo intentum, actiones vero malas ad certum finem a se praestitutum, sed a peccantibus non spectatum et saepe ipsorum intentioni contrarium dirigit.²⁰⁴

Quenstedt: Determinatio est actus providentiae gubernatricis, quo Deus creaturarum viribus, actionibus et passionibus certos terminos, intra quos se contineant, tum ratione temporis, tum ratione magnitudinis et gradus constituit.²⁰⁵

Week Fifteen Family

Readings from Schmid on Marriage and Divorce

**The Final Test, Part One:
Consensus facit matrimoniam.**

Family Week Sixteen

**The Final Test, Part Two:
Quenstedt on the Creation
of Man and Woman**

Translation endnotes

Week One

¹ In an absolute sense the ultimate aim of theology is the glory of God. In a relative sense the ultimate aim is the salvation of man. The intermediate aim is both internal, namely, to lead men to faith and salvation, and external, namely, saving faith.

² Quenstedt: Finally, the term theology is used either οὐσιωδῶς, essentially, absolutely and with respect to aptitude for knowledge which is found in the mind and is inherent in the soul of man or in so far as it is an aptitude of the soul; συμβεβηκότως, accidentally, relatively, systematically, in so far as it is a doctrine or discipline which is taught and learned or contained in books. The former use of the word is primary; the latter is secondary. For theology is first of all or principally called a theological aptitude. But secondly, and in a less important way, it is a doctrine or a discussion, or even a book or system which presents theology.

³ Calov: The remote genus (the broadest classification) of theology is aptitude (habitus) (He 5:14). The nearer genus (narrower classification) is practical aptitude (habitus practicus) (Jn 5:34; Ro 15:4; 2 Tm 3:15), because the aim of the theologian and theology is not bare knowledge but an activity, namely, leading men to salvation. Therefore, it is not a theoretical aptitude consisting in pure thought. Nor is it both theoretical and practical at the same time, which is an oxymoron, since it is impossible that differences which are opposed to one another in a contradictory way, or at least necessarily involve a contradiction, should both be true in one and the same species. Whatever is treated in theology is presented there for no other reason than that it should be directed toward activity, nor is anything divinely revealed with the intention that it should finally consist only in knowledge but that it might be directed toward activity, namely, the blessed enjoyment of God. That theology is a practical aptitude is proved by the duty and function of theologians (Is 61:1,2; Lk 1:16,17; Ac 26:17,18), by the practical aim of theology (Jn 20:31; 2 Tm 3:15,16), and by the means. Any discipline which supplies the practical means by which man ought to be led to eternal salvation and which occupies itself wholly with this that those means be acquired, is purely practical.

⁷ Augustine: You made us, O Lord, for yourself and our heart is restless until it rests in you.

Week Two

ⁱ 1] We believe, teach, and confess that the sole rule and standard according to which all dogmas together with [all] teachers should be estimated and judged are the prophetic and apostolic Scriptures of the Old and of the New Testament alone, as it is written Ps. 119, 105 : Thy Word is a lamp unto my feet and a light unto my path . And St. Paul: Though an angel from heaven preach any other gospel unto you , let him be accursed , Gal. 1, 8 2] Other writings, however, of ancient or modern teachers, whatever name they bear, must not be regarded as equal to the Holy Scriptures, but all of them together be subjected to

them, and should not be received otherwise or further than as witnesses, [which are to show] in what manner after the time of the apostles, and at what places, this [pure] doctrine of the prophets and apostles was preserved.

7] In this way the distinction between the Holy Scriptures of the Old and of the New Testament and all other writings is preserved, and the Holy Scriptures alone remain the only judge, rule, and standard, according to which, as the only test-stone, all dogmas shall and must be discerned and judged, as to whether they are good or evil, right or wrong.

8] But the other symbols and writings cited are not judges, as are the Holy Scriptures, but only a testimony and declaration of the faith, as to how at any time the Holy Scriptures have been understood and explained in the articles in controversy in the Church of God by those then living, and how the opposite dogma was rejected and condemned [by what arguments the dogmas conflicting with the Holy Scripture were rejected and condemned].

¹⁰ Augustine: In these matters, which are openly stated in the Scriptures, are found all things necessary for faith and life, namely, hope and love. If anyone says anything else concerning Christ, or his church, or anything else which has to do with our faith and life, I do not say, “if we” but what Paul adds (Ga 1:8–9), “if an angel from heaven should preach a gospel other than the one you received in the Old and New Testament Scriptures, let him be eternally condemned.” Let our writings be set aside and the Book of God come to the center of the stage.

¹¹ Augustine: In the church not, “I say this, you say this, he says this,” counts; but, “Thus says the Lord.”

¹² Athanasius: The holy and divinely inspired Scriptures are sufficient for all instruction in the truth.

¹⁴ Boniface VIII; *Unam Sanctam*: Moreover, we declare, state, define and pronounce that for every human being subjection to the Roman pontiff is by all means necessary for salvation.

¹⁵ Vat I, Sess. IV, 4: We teach and define this to be a divinely revealed doctrine: When the Roman pontiff speaks *ex cathedra* (this is, when functioning in his office as pastor and teacher of all Christians by his supreme apostolic authority, he defines a doctrine concerning faith and morals which is to be held by the whole church) through the divine assistance promised to him in the blessed Peter, he possesses that infallibility with which the divine Redeemer wanted his church to be endowed in defining a doctrine concerning faith and morals (cf Mt 16:19; 18:18; Jn 20:23).

¹⁶ Trid, Sess. IV: The Synod accepts and venerates all the books both of the Old and New Testament ... and no less with equal feelings of piety and reverence the traditions, both those that pertain to faith and life, as either handed down from Christ by word of mouth or dictated by the Holy Ghost and preserved by continuous succession in the Catholic Church.

¹⁷ Walch: What must be held concerning a subscription with restriction.... Furthermore,

from this it must be evident that a formula of this kind, if it is admitted, does not hinder anyone from being able to subscribe to the Koran or the Racovian Catechism. 1) A subscription with restriction (quatenus) clearly opposes the very nature of this oath. Whoever takes an oath with restriction really offers no binding oath; in so far as the symbolical books are concerned he promises nothing. 2) A subscription with restriction opposes the purpose of the oath both on the part of the magistrate who demands it as well as the one who is to be obligated by its binding force. Therefore, whoever takes a conditional oath grants himself a license to desert without fear, as he pleases, the doctrine presented in the Symbols.

Week Three

²² Quenstedt: The natural knowledge of God is twofold; the one is ἐμφυτος or impressed upon the nature and minds of men in their very origin, innate and implanted, by which man knows God from certain principles born within him through certain fragments and remnants of the divine image, as it were, without any research or operation of the mind; and the other is called ἐπίκτητος or acquired, because it is acquired from inborn principles of nature through a process of reasoning and careful contemplation of created things.

²³ Calov: The natural knowledge of God is partly inborn, partly acquired. The former is that by which man knows God naturally by reason of the remnants of the aptitude for wisdom implanted in man's mind when he was created. The latter is that by which from a consideration of creation and the universal government of the world by means of logical reasoning he comes to the conclusion that God is the creator, preserver, and ruler of creation.

²⁴ Chemnitz: Accurately speaking, (the natural knowledge of God) is either nothing, or imperfect, or weak. It is nothing, because the whole of philosophy knows nothing about the free promise of the forgiveness of sins.... It is imperfect, because the Gentiles know only bits and pieces of the law, but of the interior acts of worship required by the first table (of the law) reason knows and believes nothing that is certain.... It is weak, because even though the fact that God exists and that he demands obedience in accord with the distinction between what is morally good and evil is impressed on the minds of men, nevertheless agreement is not only weak but is often driven out by horrendous doubts.

